

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Aduentus Domini g
cum fonte primo

Dignum est, fratres, ut tota deuocione
Domini celebremus aduentum,
delectata tanta consolacione,
stupefacti tanta dignacione,
inflammati tanta dilectione.
Nec solum cogitemus aduentum quo uenit
et quare quia
saluum facere quod perierat,
sed et illum nichilominus quo ueniet
et assumet nos ad se ipsum
ut circa hos duos aduentus iugi
meditatione uersemur, ruminantes
in cordibus nostris quantum
in priore prestiterit,
quantum promiserit in secundo.

Bernardus in sermone de aduentu.

Dignum est, fratres, ut tota deuotione
Domini celebretis aduentum,
delectati tanta consolacione,
stupefacti tanta dignacione,
inflammati tanta dilectione.
Nec uero solum cogitetis eum quo uenit
quaerere et
saluum facere quod perierat,
sed et illum nichilominus quo ueniet
et assumet nos ad seipsum.
Utinam circa hos duos aduentus iugi
meditatione uersemini, ruminantes
in cordibus uestris quantum
in priore praestiterit,
quantum promiserit in secundo.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones in aduentu Domini*, 4.1 (SBO 4, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.182, ll.3-9).